


TABELLA IIII. OSTENDENS VERAM
AMPLITUDINEM ORBIUM COELESTIVM, ET
interstitiorum, secundum numeros & sententiam
Copernici.



Extremus circulus Zodiacum refert in Orbe stellato, descriptus ex centro Mundi vel Orbis magni, vel etiam ex globo Terreno, quia totus Orbi Magnus ad eum insensibilis est.

- A Saturni systema, concentricum ex G centro orbis magni.
- B Systema Iovis. C Martis.
- D Circulus siue via centri globi terreni concentrica ex centro G, cum sphaerula Lunari duobus locis applicta. Duae caeterae circulares orbis terra cum inserta Luna crassitiem denotant.
- E Duo circelli delineantes crassitiem systematis Venerij, intra quam omnis eius motuum varietas perficitur.
- F Spacium inter duos circellos, in quo omnis motuum stella Mercurij varietas perficitur.
- G Centrum omnium, & prope ipsum corpus Solare.
- Circulus per O & r transiens (cuius hic tantum duo arcus comparent) eccentrico epicyclus Saturni est.
- Linea curva per Q, atq; per perigeum epicycli in O apogeo eccentrici positi, & per apogaeum eiusdem in r perigeo eccentrici, est via planetae eccen-

trica. Circulus quidem non est, sed tamen à circulari linea sensibilibus non differt.

- H I crassities duobus circulis concentricis inclusa, quam via Saturni eccentrica sibi vindicat.
- Linea curva, vel quasi circulus per M, & per apogaeum epicycli in O, atq; per perigeum eiusdem in r transiens, eccentricus est, quem Ptolemaeus Aequantem vocat.
- X I crassities duobus caeteris circulis concentricis intercepta, quam totus epicyclus, & aequans ille requirunt.
- Planeta vero ultra M nunquam ascendit, nec infra r descendit.
- Similibus particularibus orbibus caetera Sphaera etiam distincta intelligantur, qui tamen, ut multitudo linearum negotium potius obscuraret, quam declararet, hic omittuntur. Ideo in Iove & Marte via eorum eccentrica, duobus tam continentes circuli concentrici, in caeteris soli concentrici descripti sufficiunt.
- Spacia intermedia. R locus Cubi. S Tetraedri.
- T Dodecaedri. V Icosaedri. X Octaedri. Z est spacium inter Saturnum & fixas, infinito simile.